



Kern 86
(1-54; a-g)

INDEX PRAELECTIONVM

PER

MENSES AESTIVOS

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

HABENDARVM

PRO - RECTORE

IACOBO GABRIELE WOLFIO,

ICto

POTENTISSIMO PORVSSIAE REGIA CONSILII AVLICIS, ET IVRISPRVDEN-
TIAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO

P. P. KALEND. APRILIS clō 1800 XXXVI.

Halae Magdeburgicae Typis Hendelianis.

Kem 86. (d)

Lectiones Theologicae.

D. IO. HENR. MICHAELIS, finito Hoseæ & Ioelis vaticinio, post nundinas Lipsienses publice hora IX. ante meridiem perget ad interpretationem *Amos, Obadia, Iona & Michæ*, ex fonte Ebræo; e Græco autem Noui Testamenti textu *S. Ioannis euangelium* breuiter enarrabit. *Priuatim*, si de vs laboranti valeat duni medebitur, hora XI. introductionem in libros Ecclesiæ nostræ symbolicos, & succinctam *Aug. Confessionis* eiusque *Apologiae* enarrationem dogmatico-historicam instituit, singulisque septimanis semel disputando repetet.

D. IOACHIMVS Range, in *Theticis* denuo inchoabit œconomiam salutis dogmaticam cum œconomia officiorum morali coniungendam; & in *Exegeticis*, si post fastidia, pristinus ejusmodi lectionum gustus redierit, Psalmos selectos ita interpretabitur, vt sermonis Hebraici emphasiologia recte cognoscatur. Et cum *Typologia* V. T. præcipuis Theologiæ partibus insigniter inferuiat, isti etiam horam aliquam si non singulis diebus, certe tamen die dominica post sacra publica, h. e. asceticam, impendet.

GOTTHILF AVGVST. FRANCKIVS, a *Marrhao*, hac hieme per tractato, ad *Marcum* prælectionibus exegeticis, si que publicis, exponendum progredietur. Continuabit etiam *paræneticas* in Ideam Studiõs Theologiæ; & *asceticas* in epistolam ad Romanos, quibus & porro addet exercitia *homiletica*.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS, æstiuo hoc semestri publicis prælectionibus, hora VIII. posterioribus per hebdomadam diebus, historiam sacram populi Israelitici, inde a Dauide vsque ad captiuitatem Babylonicam, enarrabit, eademque opera in prophetico aliosque V. Testamenti libros, qui sine illa intelligi nequeunt, introductionem dabit. *Priuatim* hora IX. epistolas ad Hebræos catholicasque, vna cum S. Apocalypsi, ex Græcis; hora vero IV. maiores Prophetas, Ieremiam & Ezechielem ex Hebræis interpretabitur fontibus.

SIGISM. IAC. Baumgarten, publice institutione hermeneutica propediem finita, epistolam ad *Ephesios* interpretabitur, vsum regularum hermeneutarum commonstraturus hor. III. a mer. diebus Lunæ, Mercur. & Iouis. asceticas præterea lectiones in *Psalmos & libr. Chroniconum* continuabit: *priuatis* prælectionibus hor. VII. posteriorem partem *Theologiae dogmaticæ* de anthropologia sacra ad compendium Freylinghausianum explicabit, adjuncte singulis Saturni diebus repetitione examinatória hor. VII. & disputatoria hor. II. in *Theol. moralis* post doctrinam de vita christiana absolutam, reliqua de officiis & virtutibus Christianorum exponet hor. XI. & hor. V. *Theologiam anti-theoticam* docebit, vt primum historia & doctrinæ sectarum, quæ ciuitatem sacram turbauerunt, proponantur, deinde ipse controversiæ ad ordinem compendii dogmatici examinentur.

Lectiones Iuridicæ.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, in *scholis palatinis* publicis absoluet interpretationem LEGIS REGIÆ, nouissimæ CAPITVLATIONIS, hora I. *Priuatim*, hora IX. INSTITVTIONES IVSTINIANEAS explicabit, additis *Germanici* iuris, per singulos titulos, *differentiis*, ad intelligendum causas *forensium* miscellionum. Hora XI. *IVS PAVLICVM* docebit, ad libellos siue *Hornii*, I. Cti. Hora III. HISTORIAM S. R. I. die Reichs-Histotie, illustratam *parri iuris commentario*. Ita iurisprudentiæ cultoribus perinde erit; historiam Germaniæ siue *præmittere* iuri *publico*, siue *postponere* siue *ungere*, simul audiendo. SECKENDORFFI libellum, den *Fürsten-Staat*, & olim docui & docuere etiam nunc; siquidem ille fuerit pluribus ad palatum. Este autem debet omnino; quod doceat non dediscenda deinceps: sed colenda in omni genere curialium munerum ac officiorum.

IVSTVS HENNING. BOEHMER, IC. ad finem perducet *VFFENDORFFI historiam papæ Romanæ*, & a *f. XXIX. seqq.* vsque ad finem libelli *starum publicum nexumque ecclesiæ Romanæ*, absque quo nec ius canonicum nec *instrumentum pacis* intelligi possunt, depinget, quo labore finito, ad *HORNII ius publicum* hora III. publice commentabitur. Domi autem, finitis feriis nundinalibus Lipsiensibus, horis consuetis, h. e. *X. maris. & II. pomerid.* ad illustrationem *Digestorum* sese accinget, *parri primæ* argumenta traditurus; nec non hora IX. *STRVVI* iuris *feudalis* prudentiam interpretabitur.

IO. GOTTL. HEINECCIVS, hoc semestri æstiuo non modo prælectiones publicas in palatio Regio eadem, qua adhuc factum, ad siduitate persequetur, telamque his mensibus petere studebit: verum etiam horas consuetas binas interpretandis pandetis; vnam XI. antemeridianam Institutionibus, vnam denique VIII. matutinam explicandæ *STRVVI* iurisprudentiæ forensi impendet, nec quidquam, quod ad iuuanda commilitionum studia pertinet, frustra a se desiderari patietur.

SIMON PETR. GASSER, IC. publice hora VI. vesp. *Prælectiones* suas ad *Codicem* huiusque titulos, qui communiter in Academiis negliguntur, explicabit, *priuatis* hora X. & II. pomer. *Pandectas* Ludouicianas denuo inchoabit, vt & hora III. collegium *Præctico-elaboratorum* ad suas *posiciones practicas*, quibus fundamentum totius Processus, tam Saxonici, quam præcipue communis traditur, initium lectionum *priuatarum* erit post finitas nundinas Lipsienses d. VII. Maj. *publicarum* vero d. 30. April.

IAC. GABRIEL Wolf, semestri, quod præterlabitur, *GRIBNERI principia processus iudicialium*, omni fide atque industria, publicis exposuit *prælectionibus*; instanti IO. SCHILTERI *introductionem ad ius feudale vtrumque, Germanicum & Longobardicum*, pari quoque ratione, & quidem

quidem seruatō vbiq̄ue, pro more suo; curatori *feudorum Imperialium ac provincialium discrimine*, hora XI. XII. diebus *Lunæ, Martis, Iouis ac Veneris*, illustraturus; atque, vt temporibus dicato parcatur, d. *Mercurii ac Saturni* obseruationes, maxime notatū dignas, separatim in calām distandas curaturus. *Priuatim* autem hora VIII. IX. *D. IVSTINIANI institutiones*; hora IX. X. Viri III. ac *Cel. MOSERI a Jilgset, compendium iuris publici*, aliis non vna de causa antefendum, atque anno proxime præterlapso auctius ac emendatius editum; denique horā III. pom. *institutiones suas iurisprud. nat. ac gentium*, quæ ex nouo, quod vocant, bibliopoli prodierunt in lucem, interpretabitur; ita quidem, vt perspicue atque ordine cuncta proponantur; nec non sufficientibus, vt par est, argumentis firmentur; atque ad vsum in primis vitæ ciuilibis accommodentur. *Initium*, v. S. N. d. 30. *Menf. Apr.* facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRIVS præter lectiones *publicas ad Ius Naturæ & Gentium*, docebit *Institutiones Iustinianæ* Hor. IX. *Pandectas B. LUDOVICI* Hor. X. & II. *Ius Feudale* STRYCKIO duce Hor. VIII. Denique aperiet *collegium practicum elaboratorium* Hor. III. ad ductum det Gründlichen Anleitung zum Proceß, additurus doctrinam de *relationibus actorum*. *Initium* fiet finitis nundinis Lipsienfis.

IO. GERARDVS SCHLITTE semestri hoc æstiuo *publice* in B. Ludouici *Introductionem ad Process. Conuersus Creditorum* commentabitur. *Priuatim* *Institutiones Iustinianæ*, Struuii *Iurisprudēt. R. G. forensē*, nec non B. Ludouici *Doctrinam Pandectarum* ea, qua par est, fide ac industria interpretabitur, de horis hinc Collegiis destinatis et valuis publicis Dn. Auditores admoniturus. *Initium* harum prælectionum, DEO propitio, fiet d. 7. *Maii*.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER publice hora I. *Iurisprudētiam Struuianam* interpretabitur; priuatim vero hora VIII. exponet iura *criminalia* ad ductum compendii sui, hora X. in c. II. Dn. Parentis *Pandectas*, hora XI. ipsum *Institutionum* textum, denique hora III. *Ius Naturæ & Gentium* duce *Puffendorffio de officio hominis & ciuis*.

MARTINVS SCHMEIZEL *Iur. Publici P. O. publicarum* Recitationum rationem, infra suo loco, reddet. *Priuatim* occupabitur hora X. in explicando *Sackendorffii* libro, quem *Fayßen-Straat*, inscripsit; XI. *Iuris Publici* doctrinas tradet, ad modulum *Delineationis* suæ, typis exscriptæ, discursuum summa capita, eoq̄ue pertinentia negotia & scripta nouiora, calamo auditorum excipiendā, tradet.

Lectiones Medicæ.

FRID. HOFFMANNVS, Academia Senior, quo ad praxin Medicam circumspecte & efficaciter exercendam Collegium Casuale Clinicum, in quo completa morborum historia propostæ dextre explicantur, secundum naturarum casualiumque differentiam veræ indicationes curatoriæ euoluuntur ac genitius remediōrum vires traduntur, maximum asserat momentum; non desistet, quod iam ultra decennium fecit, publice die Mercur. & Sabbath. ab hora XI. XII. in eodem Collegio prælegendū pergere. *Priuatim* desideris Doct̄ill. Dn. Philatrorum satisfacturus, ceteris diebus, eadem hora, lectiones pathologico-therapeuticas, adnexis vtilissimis obseruationibus & cautionibus, infinet.

MICHAEL ALBERTI *Publice* præterito hyberno semestri Pathologico Practico Collegio, continuo labore, Grauidarum morbosas afflictiones, *primam* periodum atinentes, explicauit; ac necessarius casibus illustrauit: proximo æstiuo semestri affectus *medii* temporis, consuetā methodo, tractabit: *Priuatim* studio Physiologia, Pathologia & Materiam Medicam continuabit, insuper Collegium in vniuersam Praxin, hoc semestri absolvendū, nec non Chirurgiam pharmaceuticam, & de formulis conscribendis b. c. D. inchoabit.

I. IVNCKER publice continuabit chirurgiæ fundamenta: *Priuatim* pathologiam & therapiam specialem tractabit: *Priuatissime* ad praxin clinicam ducet proreſtores.

IO. HENR. SCHVLZE, publice interpretabitur *Cornelii Celsi* librum VII. & VIII. quibus chirurgiæ optima præcepta continentur. *Priuatim* tradet physiologiam, & pathologiam specialem, subiuncta singulorum morborum therapia rationali.

FRID. HOFFMANNVS Prof. Med. O. publice physiologiam principis anatomicis & physico-mechanicis superſtrictam, quæ veræ pathologiæ & therapiæ fundamentum est, non omilla de effectibus animæ in corpus doct̄ina, die Lunæ, Iouis & Veneris, ab hora XI. XII. explicabit. *Priuatim* vero Collegium in Materiam physico-Medicam ab hora II. III. rursus auspicabitur.

Lectiones Philosophicæ.

IO. HENR. MICHAELIS, publice hora IX. philosophicas lectiones cum theologicis coniunget, & S. philologie vsum copiose monstrabit. *Priuatim* *æddovvov* vel institutione, vel consilio non deerit illis, qui serio discere & proficere in Chaldaicis, Syriacis, Rabbinnicis aliisque orientalibus studiis cupiunt.

CHRISTIAN. BENELECT. MICHAELIS, publice hora II. post meridiem Asiatica vaticinia ex Hebræo Codice illustrabit. *Priuatim* selectioribus ingenis, quæ in Orientali philologia alius propehi cupiunt, ad linguas Syriacam Arabicamque addiscendas dux præbit; priori duos, posteriori vero ceu ampliori ac difficiliori, quatuor tributurus menses, idque hora, de qua cum Auditoribus, die XXX. April. hora I. in domestico auditorio eum in finem congregandis, conueniet.

MICHAEL ALBERTI, *Publice* huc vsque variis lectionibus sine interruptione curiosam obseruationem de *Lumine boreali* explicauit; porro etiam doctrinam de *Meteoris Aëris* pleniori deductione continuabit: Subinde Collegium Logico-disputatorium aperiet.

IOAN. IOACHIMUS Gange, Math. P. P. O. publice hor. 8. 9. præmissa introductione de *Methodo Mathematicæ & Mathematicæ vniuersali* præleget *Mathesin puram*, h. e. *Arithmeticam, Geometricam & Trigonometricam*: priuatim hor. 2. 3. *Mechanicam, Hydrostaticam, Aerometricam, Hydraulicam, Architecturam civilem & militarem*: & hor. 4. 5. *Trigonometriam Sphericam & calculum astronomicum*. Peculiari quoque opera *Geometriam practicam*, horis pomeridianis die Saturni pertractabit. *Physicam Dogmatico-Experimentalem* hor. 1. 2. docebit.

MARTINVS SCHMEIZEL, Histor. Prof. Ord. *Publice* hor. V. absoluit in *Historia Eruditionis vniuersæ* genera.

generalia illa, quae apta sunt, *Natura & Indolis*, totius & amplissimi Systematis eruditionis in vniuersum, sigillatim vero *Philologia*, accuratam praebere notitiam; quo curriculo decurrendo, semestri futuro absoluet reliqua omnia, quae *Philosophia, Medicina, Iurisprudentia & Theologia* amplissimo ambitu complectuntur, eo quidem maiori cum voluptate, quo constantior auditorum frequentia modesta, paritem diligentiam ex merito postulat. *Priuatim* legetur hora VIII. *Geographiam*; IX. *Historiam Vniuersalem*; II. *Politicae Wolfii*; III. *Historiam Imperii Germanici*; IV. *Notitiam Status Europae*; VI. *Regulas tradet de Prudentia Conuersandi*. Si quibus ad parlatum sit, *duabus* hebdomadim horis, etiam in *Re Numaria & Arte Heraldica* erudiri animum suum, id efficiam fideliter, per regulas & posposita ad rem necessaria exempla.

IO. HENR. SCHVLZE, publice hora III. tradet praecepta artis oratoriae, optimorum auctorum exemplis comprobanda. *Priuatim* institutiones desiderantibus offert praedicationes in oratores poetas Graecos & Latinos. Si cui priuatissime (Schole magis placuerint, habebit eundem sus desiderii paratissimum.

DANIEL STRAEHLER, Ph. P. P. O. & Math. Extraord. publice hor. II. pom. Theologiam naturalem polemice pertractabit, ad ductum S. V. LANGII in causa Dei aduersus Atheismum. *Priuatim* vero hor. III. Arithmeticam, Geometriam & Trigonometriam iterum explicabit: hor. IV. Metaphysicam & Physicam in cursu Philosophico pristino semestri inchoato enucleabit. Hor. V. Logicam & Metaphysicam ad proprias positiones prelo iam expositas exponet; hora denique VI. Practicam Philosophiam integram duce Gotschedo docebit. Hora X. mat. Algebra; & hora XI. Logicam Wolfii tradet.

D. FRID. WIDEBVRG, Philof. Prof. Ordin. Eloquentiae extraordinarius, clasp semestri publice a IX. X. *Politicae priuatam* interpretatus est, futuro semestri addet, publice proponet, *Politicae publicam* seu prudentiam respicientem feliciter gubernandi duce BVDDEO, cuius instituti rationem ex tabul: publica significabit sigillatim. *Priuatim* a IX. X. tradet *Iuris publici prudentiam*, a praesumptis opinionibus partiumque fudis vacuam, & ad vsum rerum accommodatam, in *principia Iuris publici* III. MASCOVII, scriptoris docti & rerum periti: ab XI. XII. *historiam S. R. I.* ad III. STRYVI *compendium* ex omni aui apparatu proponet, consueta methodo ac fide, horamque addet singularem a IV. V. communicandis illustrationibus & accessibus STRYVIANIS destinatum, Denique, ne qua ex parte officio suo desit, offert *collegium politici humanitatis* in HEINECCIANA *fundamenta sibi cultioris*, ea tamen lege, ut, qui his studiis atque exercitationibus initiari cupiunt, nomina mature proficiantur, & de hora constituant. Initum publicarum aequae ac priuatarum lectionum erit post finitas nundinas Lipsenses d. VII. Maii.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, publice praereget *Eibicam* ad ductum Illustr. nostri HEINECCI hora X. XI. *priuatim*, hora VIII. IX. *Cursum philosophicum* duce GOTSCHEDO; hora II. III. *Metaphysicam* ad ductum thesium suarum: *Anfangs-Gründe der philosophischen Wissenschaft überhaupt*, & hora IV. V. *Logicam* praecunte itidem laudato HEINECCIO tradet. Singulis Saturni diebus *Collegium disputatorium*, praemissa de *Methodo disputandi* doctrina, in recentissimas philosophiae controuersias, instituet.

IO. HENR. CALLENBERG, hora I. II. dierum lunae & martis, ex sermone hebraeo publice explicabit *Psalms*, dicti metrorum vero continuaturus est exercitationem *iudaicogermanicam*, illustrando duo postiora capita libelli *אור ליעה ערב*, id est, *Lux sub vesperam*, inscripti. *Priuatim* 1) *Pentateuchum* hora IX. X. 2) *libros historicos* priores & *lesiam* exponet hora IX. X. 3) electum auditorum numerum in idiomate *rabbini* exercerebit, hora, quae illis commodior videbitur.

Lectiones Extraordinariae.


IOH. EHRENF. ZSCHACKWITZ, Prof. Iur. & Histor. Publicus, Hor. VII. mat. ex *Schilteri Epitome Ius Feudale* docebit, adiectis vbique antiquitatibus, quibus Ius hoc illustrat. Hor. VIII. ex *Wolfio Politicam* tradet, Hor. IX. *Historiam nouissimam* duorum vltimorum seculorum, & hora peculiari *Geographiam* addet. Hor. X. *Heraldicam* ex Introductione sua, cum annexis explicabit. Hor. XI. *Historiam Imperialem* ex *Strauio* tradet, praelucente tamen vbique Historia & documentis publicis, quae vbis ad manum sunt, & prout illa in prioribus Historia Imperiali, quae iam sub prelo fudat, copiosissime adduxit. Hor. II. pom. ex *Pufendorfii cap. XII. Historiam Ecclesiasticam* omnium seculorum, explicabit. Hor. III. ex *Mastouio Ius Publicum* praereget, & quidem eadem methodo, qua *Historiam Imperialem* explicare solet. Hor. IV. *Historiam Vniuersalem*, praecunte *Pufendorfio* exhibebit, addet etiam peculiari Hora *Geographiam* Hor. I. diebus *Mercurii Pacem Westphalicam*, diebus vero *Saturni Relationes* hebdomales publice illustrabit. Initium fiet d. VII. M. Maj. & si una vel altera hora dominis Commilitioribus minus commoda, eum aditu suo honoret.

D. IOH. TOBIAS GARRACH, Iur. P. P. docebit 1) publice *Ius Publicum* duce Mascouio, *priuatim* vero 2) *Ius Naturae & Gentium* eiusque vsum in Iure positivo ad Pufendorfium de Officio hom. & ciuis. 3) *Ius Civile* ex principis naturalibus & civilibus tam Romanis quam Germanicis vna cum vfu forensi ad *Institutiones Iustinianae*, nec non 4) ad *priorem partem Pandectarum Illustr. Dn. Böhmerti* tradet. Praeterea 5) *Stryki Exsmen Iuris Feudalis* interpretabitur observando differentias Iuris Longobardici & Germanici ad duertam Immediatorum atque mediatorum Imperii feudorum indolem. 6) *Ius quoque Ecclesiasticum* historia ecclesiastica vbique illustrandum ad Corvini aphorismos Iuris Canon. exponet separando sedulo a Papatu Protestantium iura. 7) *Porro Collegium Processuale* elaboratorium offert: nec 8) iis deerit, qui desiderarunt doctrinam Iuris Germanici hodierni ad theses suas ad describendum communicandas, si sint, qui numerum collegii perficere cupiant. Initium & horarum lectionum indicabit ex tabula publica.

HENR. BASS, M. V. D. publice d. g. & h. hor. VIII. demonstrabit *Instrumenta Chirurgica* cum eorundem applicandi modo: *priuatim* praereget *Collegium Practicum* cum cautelis hor. X. *Chirurgiam Vniuersam* tam medicam quam manulem hor. III. Denique commentabitur in *Cl. Barbauii Institutiones medicinae* hor. IV. Lectionum suarum initium erit 7. Maji.

I. F. CASSEBOHM, theoriam partium corporis humani, simul cum methodo eas secundum tradet publice, dieb. Merc. & Saturn. hor. 3. pomerid. *priuatim* vero hor. 4. pom. *Physiologiam* Cel. Boerhauii interpretabitur.

D. MARTIN. HENR. OTTO, P. P. hora *Ima* cum nuperime *Philosophiae Barbaricae* historiae absolute, enliorum gentium, Graecorum praecipue & Romanorum philosophos & dogmata, variaque eorum fata in vsum historiae ecclesiasticae & iuris recensere publice: *priuatim* vero hora pomerid. *IVra* collegium fundamentale in praecognita sua instituentis iis, qui non multum temporis philosophiae impendere possunt, necessaria tradet perspicue, illosque ad Ius Naturae omnemque eruditionem praeparabit. Eos vero, qui specialia philosophiae collegia pertractare possunt, *Logicam* hora *IIIra*, *metaphysicam* hora *VIIIra* antemerid. docebit. Nec practicam eruditionem negliget: sed hora *IXra* consueto more *Ius Naturae* & iis, qui in tempore ad eum conuenient, doctrinam moralem sobrie exponet. Hora denique *XIIra Martesin puram* enucleabit.



INDEX PRAELECTIONVM

PER

MENSES AESTIVOS

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA

HABENDARVM

PRO - RECTORE

IACOBO GABRIELE WOLFIO,

ICto

POTENTISSIMO PORVSSIAE REGIA CONSILII AVLICIS, ET IVRISPRVDEN-
TIAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO

P. P. KALEND. APRILIS clb Idcc xxxvi.

Halæ Magdeburgicae

